MARSILIUS DE INGHEN. IOHANNES BURIDANUS

Entstehungsort unbestimmt, Mitte 15. Jh. Seite 377r

Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35475
Copyright: Neustift/Novacella, Augustiner-Chorherrenstift



quod nox similiter est magis tranquilla
quam dies et halo requirit tranquillitatem
ut caligo sit regularis. Tertium accidens
est secundum halo de quibus ante dictum
est. Quartum accidens est quod aliquando propter lunam
apparet halo yrialis et non sit propter
solem nisi forte valde raro et
causa est quia totam illam periferiam propter quam
soli magis lux facit albam quod non
potest facere lux lune si nubes sit
aliqualiter grossa. Quintum accidens est
quod aliquando halo apparent aliis nigrores
et causa est quia caligo est densior
vel profundior in parte ad lucem
Sextum accidens est quod sepius fit halo
yeme quam estate quod est rationabile
de sole quia sol estate potest
nimis dissolvere tales debiles ca-
ligines et hoc etiam de sole et
luna simul quia plures aer est nu-
biloso et caliginoso yeme quam
estate. Tertio etiam de luna quia
plus lucet luna yeme quam estate
eo quod noctes sunt longiores et
etiam plus nominatur noctes in yeme
quam in estate eo quod in estate oportet
per totam noctem dormire. Alia
est accidentia sunt quod halo videtur
ambulare cum homine et non apparet
aliter ut minor propter radios cadere
magis ut minus obliquus super nubem
et de aliis multis de quibus satis
determinatum est. Nunc ergo respondendum
est ad rationes que contra determinata
fiebant in principio questionis. Ad primam
dicendum quod licet tam yrio quam halo sit
refractio vel reflexio tamen ut dicit
Aristoteles dicunt modis aliquibus fit
enim halo reflexio a nube apparente

elevata super orizontem. Yris autem
a nube apparente in orizonte ita
quod yridis sit protrahitur circulus medius
vel maior pars abscinditur ab orizonte
Et est quia nubes halo est inter
horizontem et solem et hoc quod est in sede
terre est inter nubem yridis et solem
Ad aliam dicitur quod speculum aquo fit
halo bene ostendit se et figuram
suam et apparet circulus sed non ostendit
corpus et figuram speculari sed
solis ad lucem et imperfectis apparentibus
a corpus solis ad lucem de aliis
duabus rationibus dictum est satis in positione
et hoc de questione sit questio nona

Queritur nono

Utrum halo debet apparere alba vel
nigra vel alicuius coloris. Arguitur quod
alba quia tenuis est nebula ita
quod per eam videantur corpora astrorum
et autem non debet lucem albam nominare
ab albedine diuertere. Item nebula
cum sit media ut aqua vel media
inter aquam et aerem non est nigra sed
potius alba. Unde manifestum est quod si
terminata sit diaphaneitas aque ipsa
terminata alba ut cum facta gendo
ad nix et non videtur in halo nisi
nubes et lux quod est apparet alba
ergo totum debet apparere album
Dicit etiam Aristoteles de halo apparet
autem quod quidem album solis circulo
continuo. Deinde arguitur quod appetitus
per aerem lucentem nix autem nigra
habita periferia propter illius albedinem
sed aster visa est nigrior. Deinde
arguitur quod debeat apparere puncta quia
dicit Aristoteles fulgidum in nigro aut purgatum